



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

1 Tractationem de Consolationibus esse difficilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)



TRACTATUS III.
DE CONSOLATIO-
NIBVS SPIRITVA-
libus.

*Tractationem de Consolationibus esse
explicatu difficilem.*

C A P. I.

DOCEBO in hoc tractatu primo, quemadmodum vicissim, nunc consolationes, nunc desolationes spirituales, quamdiu in hoc corpore mortali vitam ducimus, tam in actiuo quam contemplatiuo statu sentiamus, vti experientia ipsa monstrat, & excellenter describit S. BERNHARD. in Canticis sub forma visitationis, quam anima velut sponsa recipit à sponso suo Deo. *Ita ergo, inquit, potest esse in hoc corpore de presentia sponsi frequens latitia, sed non copia: quia etsi visitatio latificat, sed molestat vicissim: Et hoc tamdiu necesse est pati dilectam donec,*

donec semel posita corporea sarcina mole & volat
 & ipsa leuata desideriorum liberè iter car-
 pens per campos contemplationis, & mente se-
 quatur expedita dilectum, quocunq; ierit.

Difficultas autem huius materiæ inde
 nascitur, tum quod non facile intelligentia
 percipi potest, quid ipsa sit, tum quod non
 intelligitur, nisi prius gustetur, vt affirmat
 Dauid, dum ait. *Gustate, & Videte, quoniam Psal. 33.*
suauis est Dominus. primo enim posuit ver-
 bum *gustate*, deinde, *Videte*. S. Bonauentura
 id explicat hac similitudine. Si quis pocu-
 lum præstantis vini manibus teneat, & mi-
 nificè eius suauitatem prædicet, tu non po-
 teris præstantiam eius vini certò cognosce-
 re, nisi degustes, eo quod in huiusmodi re-
 bus opus sit noticia experimentalis. *In huius-*
modi, inquit S. Bernardus serm. 22. in Can-
tica, non capit intelligentia, nisi quantum at-
tingit experientia. Immò tam difficile est ex-
 primere, vt qui degustarunt, fateantur se
 non posse vel sermone, vel scripto conse-
 qui illius naturam. Inter quos meritò nu-
 meremus S. Bernardum in Cantica ita
 scribentem. *Istum autem gustum cum acci-*
pio, nullo corporis visu, nullo spiritus intellectu
advertere me finis quid sit. Cum accepero, &
ruminare volo, & disiudicare eius saporem,
statim

statim transit dulcor eius: deglutio quidem illud, quicquid est in spe Vita aeterna, sed operationis eius virtutem ruminando diu omnibus anima Venis & medullis, quasi Vitalem quendam succum optabam infundere, et ab omnibus aliis affectibus desipere, & illud solum saperet: sed festinat transire, & tam de inquisitione vel acceptione eius, vel Visu formata quadam lineamenta memoria gestio arctius impressa committere, vel etiam memoriam labilem scripto iurare experimento cogor dicere illud Evangelicum. Nescio unde Veniat, aut quo Vadat.

Joan. 3.

Quid ergo potero dicere ego, qui tantum parum, tamque raro hanc rem degustavi? Contentus ergo ero tantum rivulis, quos sancti in suis libris reliquerunt, ex redundanti diuinarum Scripturarum fonte, ut de se fatetur B. Bernardus, delibatis. Caterum inquit, deriuentur inde aqua & in plateas, has me habere minus fateor, dum tamen nemo mihi molestus sit, aut ingratus, si de publico haurio, & propino.

Serm. 23.
in Cant.

Quid sit consolatio spiritualis.

C A P. II.

AD intelligendum nomen sciendum est, tertiam Appetitus sensitiui affectionem qua